matur ſecundum nouiorem iſtum Hippodamium morem: ſed ad ſecuritatem tutelámque ciuitatis vtilior erat antiquorum ædificatio. habent enim illorum ædificia inextricabiles aditus, ex quibus niſi conſueti euadere vix poſſunt, & inſcrutabiles latebras, ſiqui aggrederentur: ex quo vtriuſque horum participare debent. poteſt enim hoc fieri, ſi quis ita diſponat, vt ſolent agricolæ illos, quos vocant quidam vinearum tramites. Et totam vrbem non facere penetrabilem, ſed partes quaſdam & loca. ſic enim ad ſecuritatem, & ad ornatum ſe bene habebit. Mœnia verò qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus illis, quæ virtutem poſſideant, nimium priſcè loquuntur: & hoc vident per experientiam reprobatum in iis ciuitatibus, quæ ſibi id ad gloriam iactabant. eſt enim ad pares ac non multo excedentes multitudine, non ſatis decorum per mœnia ſeruari velle. ſed cùm aliquando contingat & fieri poſſit, vt multo maior hominum multitudo, & maiori virtute ſuperueniăt, ſi ſaluos eſſe oportet. neque perire, neque contumeliis affici, firmiſſimam munitionem murorum putandum eſt opportuniſſimam eſſe in bello: præſertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obſidiones vrbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta. Simile eſt enim ciuitatem non circundandam mœnibus cenſere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & deiicere montuoſa loca, & priuatis domibus non circundare parietes, quaſi viles futuri ſint habitatores. Atqui ne id quidem latere oportet, quòd qui mœnibus circundantur, eis licet in vtranque partem vti vrbibus, & tanquam muros habentibus, & tanquam non habentibus: ſed eis qui mœnia non habent, non licet. Si ergo per hunc modum ſe habet, non ſolùm mœnia circundădа ſunt vrbi, verum etiam curandum vt & ad ornatum ciuitatis ſe habeant decenter, & ad bellicas opportunitates, tum alias, tum ad illas quæ nunc repertæ ſunt. Vt enim aggreſſoribus cura eſt quibus modis vincant, ita quædam iam reperta ſunt, quædam inueſtigare atque philoſophari oportet eos qui defendunt. principio enim non aggrediuntur eos qui bene ſe præparauerunt expugnare.

CAPVT XII.

CVm verò multitudo ciuium in comeſſationes diſtributa eſſe debeat,

A προσέξεις, ἂν εὔτομος ᾖ, καὶ κατὰ τὸν νεώτερον καὶ τὸν Ἱπποδάμειον τρόπον· πρὸς δὲ τὰς πολεμικὰς ἀσφαλείας, τοὐναντίον, ὡς εἶχον κατὰ τὸν ἀρχαῖον χρόνον· δυσέξοδος γὰρ ἐκείνη τοῖς ξενικοῖς, καὶ δυσεξερεύνητος τοῖς ἐπιτιθεμένοις. διὸ δεῖ τούτων ἀμφοτέρων μετέχειν. ἐνδέχεται γάρ, ἄν τις οὕτω κατασκευάζῃ, καθάπερ ἐν τοῖς γεωργοῖς, ἃς καλοῦσί τινες τῶν ἀμπέλων συστάδας. καὶ τὴν μὲν ὅλην μὴ B ποιεῖν πόλιν εὔτομον, κατὰ μέρη δὲ καὶ τόποις. οὕτω γὰρ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ κόσμον ἕξει καλῶς. περὶ δὲ τειχῶν, οἱ μὴ φάσκοντες δεῖν ἔχειν τὰς τῆς ἀρετῆς ἀντιποιουμένας πόλεις, λίαν ἀρχαίως ὑπολαμβάνουσι, καὶ ταῦθ' ὁρῶντες ἐλεγχομένας ἔργῳ τὰς ἐκείνως καλλωπισαμένας. ἔστι δέ, πρὸς μὲν τοὺς ὁμοίους, C καὶ μὴ πολὺ τῷ πλήθει διαφέροντας, οὐ καλὸν τὸ πειρᾶσθαι σώζεσθαι διὰ τῆς τῶν τειχῶν ἐρυμνότητος. ἐπεὶ δὲ καὶ συμβαίνει καὶ ἐνδέχεται πλείω τὴν ὑπεροχὴν γίγνεσθαι τῶν ἐπιόντων, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης καὶ τῆς ἐν τοῖς ὀλίγοις ἀρετῆς, εἰ δεῖ σώζεσθαι καὶ μὴ πάσχειν κακῶς μηδὲ ὑβρίζεσθαι, τὴν ἀσφαλεστάτην ἐρυμνότητα τῶν τειχῶν οἰητέον εἶναι D πολεμικωτάτην· ἄλλως τε καὶ νῦν εὑρημένων τῶν περὶ τὰ βέλη καὶ τὰς μηχανὰς εἰς ἀκρίβειαν πρὸς τὰς πολιορκίας. ὅμοιον γὰρ τὸ τείχη μὴ περιβάλλειν ταῖς πόλεσιν ἀξιοῦν, καὶ τὸ τὴν χώραν εὐέμβολον ζητεῖν, καὶ περιαιρεῖν τοὺς ὀρεινοὺς τόπους· ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς οἰκήσεσι ταῖς ἰδίαις μὴ περιβάλλειν τοίχους, ὡς ἀνάνδρων ἐσομένων τῶν κατοικούν-E των. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε δεῖ λανθάνειν, ὅτι τοῖς μὲν περιβεβλημένοις τείχη περὶ τὴν πόλιν, ἔξεστιν ἀμφοτέρως χρῆσθαι ταῖς πόλεσιν, καὶ ὡς ἐχούσαις τείχη, καὶ ὡς μὴ ἐχούσαις· ταῖς δὲ μὴ κεκτημέναις, οὐκ ἔξεστιν. εἰ δὴ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον, οὐχ ὅτι τείχη μόνον περιβλητέον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελητέον, ὅπως καὶ πρὸς κόσμον ἔχῃ τῇ πόλει πρεπόν-F τως, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς νῦν ἐπεξευρημένας. ὥσπερ γὰρ τοῖς ἐπιτιθεμένοις ἐπιμελές ἐστι, δι' ὧν τρόπων πλεονεκτήσουσιν, οὕτω τὰ μὲν εὕρηται, τὰ δὲ δεῖ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν καὶ τοὺς φυλαττομένους. ἀρχὴν γὰρ οὐδ' ἐπιχειροῦσιν ἐπιτίθεσθαι τοῖς εὖ παρεσκευασμένοις.

Κεφάλαιον ιβ.

ΕΠεὶ δὲ δεῖ τὸ μὲν πλῆθος τῶν πολιτῶν ἐν συσσιτίοις κατανενεμῆσθαι, τὰ δὲ τείχη διειλῆ-